

Johannes famil. Metela, Sophia, Lucka famil.
Obiit Jasperus faber noster.

17. B. XV. Kal. Ob. Henricus sac. et mon.
Johannes, Lodewicus, Amelungus, Rodolphus,
Elyas conv.

Alheydis famil. Lambertus conv. Johannes famil.

18. C. XIV. Kal. Ob. Johannes sac. et
mon. Sibertus, Volcwardus, Sigehardus conv. Item
domina Lutgardis de Homborg¹¹⁶), mater et soror
nostra, pro qua servicium datur in piscibus et
albo pane, sumendum de bonis in Lantwerdinc-
husen. Reliqua vero tria taliter ordinavit pro
Bodone, marito ejus: unum Gorgonii in piscibus,
albo pane et vino; aliud pro Bodone, patre
mariti ejus et tota generatione de Homborch
Andochii et Tirsi in albo pane et piscibus; item
aliud pro patre et matre, videlicet Frederico de
Bocbere et Helena et omni cognatione ejus in
piscibus et albo pane tercia die post Nycolai.
Hec omnia accipienda sunt de Snetingehusen et
Holthusen, xl marcis puri argenti et totidem
talentis ibidem locatis. Inde eciam sumendum
est allec, quod pro Bodone, marito ejus, sextis
feriis per circulum anni et dominicis adventus
et quadragesime in cena comedendum statuit
ministrari. Preterea ad lumen, quod ardet in
oratorio, assignavit v talenta, que *de bonis*^{p. 31.}
provenient antedictis. Ceterum ad vinum com-
parandum, cum quo per circulum anni misse
celebrentur, recipiendas de Lantwerdinchusen iii
marcas sua providencia procuravit.

Johannes, Henricus conv. Kunnegundis famil. Obiit
Johannes Nunis, confrater noster, sac. et mon.

19. D. XIII. Kal. Ob. Walraven conv.
Wastmodus, Elyzabeth famil.

Johannes conv. Conradus conv. Elyzabeth Bran-
dis¹¹⁷) famil. Item Elizabeth famil. Item obiit Ely-